

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Gebri Arabis Chimia**

**Geber**

**Lugduni Batavorum, 1668**

De Vitro & Boracibus

[urn:nbn:de:bsz:31-95581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-95581)

*Mundatio Cuperose.*

Cuperosa sive vitriolum mundatur ut atramentum nigrum. Habet tamen atramentum nigrum majorem atramento viridi terestritatem.

*Mundatio aliorum atramentorum.*

Diversa adhuc inveniuntur atramenta; quæ ut prædicta mundantur.

*De Vitro & Boracibus.*

Vitrum & Boracia, si debito modo fuerint tractata, non indigent præparatione.

*Mundatio aceti acerrimi.*

Aceta autem cujuscunque generis sint seu acerba subtiliantur, & depurantur: & illorum virtus, sive effectus per distillationem melioratur. De horum mundatione & depuratione sufficienter tractavimus: cum quibus corpora imperfecta præparari possunt, & meliorari, & subtiliari, igne semper debito mediante. Præparantur autem corpora imperfecta, & depurantur per istorum adjutorium & ignis, per hunc modum. Habent enim hæc corpora imperfecta humiditates superfluas, & sulphureitatem adustibilem, nigredinem in ipsis generantem ipsa corrumpentem. Et habent terestritatem immundam fetulentam & combustibilem, & nimis grossam, ingressionem impe-